Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 855]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 21.

Cod. XIV. deest

1.
2. 1.

Membran. Fol.

Elegantissime scriptus, uti videtur Sec. 14. Continet

Calendarium Benedictinum.

1. Calendarium Benedictinum, ad exemplar Calendarii Mosacensis IIdi concinnatum. Confer Frid. Althanum de Calendariis pag 153. item pag. 92. ubi ait, hoc Calendarium Mosac. II. duodecimo vel ineunte tertio decimo Seculo descriptum fuisse. Caeterum nullum occurrit festum Sancti ex ord. Predic. vel Minorum; nec commemoratio fid. defunctorum; et V. id. May legitur: Udalshalci fundat. nri, quod ultimum manum confratris nostri prodit.

Antiphonarius.

2.

Antiphonarium S. Gregorii per circulum anni, cum notis musicis, eodem modo et ordine, quo editus est a Pamelio (a) usque ad dominicam 23. post Pentecosten. Huic subjunguntur alii Antiphonarii /: quos Pamelius non habet :/ nempe, de Apostolis, de Martyribus, de uno Martyre, de Confessoribus, de virginibus, de B. M. V. Post sequuntur iteratis vicibus verosimiliter pro diversitate cantus Kyrie eleison, gloria et credo, tum Missa de venerabili sacramento, hymni Missarum seu Sequentiae et praefationes.

(a) Liturgici latini T. 2. p. 62.

Antiphonarius liber dicitur, qui Antiphonas /: Missarum introitus :/ gradualia, et responsoria continet. Appellatur etiam a Graduali Graduale, a respons. responsoriarius, troponarius vero, qui continet tropos, id est, cantus. Ediderunt illum Gussanvilleus, Pamelio. Oudinus Tom. I. Sect. VI. col. 1536. eum inter apocrypha rejecit, adscribens cuidam monacho S. Dionysii Sec. XI. v. sequentis; ast Patres Mauriani in edit. opp. S. Gregorii T. 3. huic tanquam collectori vindicarunt. Notae musicae maxime sunt similes iis, quas ex Cod. MS. Seculi circiter XIV. exhibet Gerbertus de Musica Sacra T. 2. p. 62. Tab. XVII.

Sacramentarius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum D. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarius dicitur. Prelo submiserunt Gussanvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 3.
Digna quoque est quae legatur, praefatio ad novam editionem Operum Thomasii Cardinalis, curante Vezzosio, Romae, 1750. Tomo 5.

Cod. XV. deest

Membran. Fol. Sec. 14.

4 Evangelia. 1. 2. 2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgatae versionis; capitum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies haec: Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu index partium earum, quae quovis festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dictus Capitulare Evangeliorum; haec 18 folia complent. – Folio sequenti: Incipit prologus nempe S. Hieronymi in Comentar: super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt. Sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis viris canendas. Vid. Martianay Opp. S. Hier. Paris. T. 4. – Folio 21 legitur: Singulis Evangeliis ab uno incipiens, quod fragmentum est Praefationis mox sequentis. Nam pagina aversa incipit S. Hieronymi nota Praefatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me /: facere, quod a scriptore omissum :/ cogis ex veteri; verum et hanc cum praecedenti fragmento truncare placuit scriptori. – Alter istam excipit Prologus super Matthaeum: "Matthaeus ex judaea, sicut "in ordine primus ponitur", cujus auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martianaeo ante Evangelium Matthaei secundum versionem Italicam sine indicio

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 85

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27389